

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1233 - 1234

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

illatis per predictum E[gelolfum] de Mundingen transmisit, preterea insulam, que dicitur der Wolfwert, et lacum juxta eandem situm, quem abstulerat eis marscalcus. et circa alveum Reni versus Lutensheim, ubi simili modo conquesti fuerunt predicti canonici, quod per violentiam ipsius marscalci destituti fuerunt jure unius diei in ebdomada ad capturas, que in eodem alveo pro tempore fiebant, taliter fuit ordi-  
 natum, quod sepe dicti canonici ad petitionem nostram et pro bono pacis et ad  
 preces ipsius E[gelolfi] de Mundingen et amicorum suorum predictam insulam et  
 lacum et jus unius diei ad capturas in Reno versus Lutensheim, in quo jus habe-  
 bant, eidem E[gelolfo] ad tempus <sup>a</sup> ejus reliquerunt ita, quod nullus successor suus  
 in advocatia sibi in eisdem aliquid juris vendicabit, quia idem E[gelolfus] in  
 presentia nostra recognovit, quod dicti canonici ei gratiam magnam in hoc fecissent.  
 preterea de alio jure, scilicet de retibus ante capturas versus Alsatiam, taliter fuit  
 ordinatum, quod illi, qui vocantur garnere, habebunt de piscibus terciam partem  
 et vahlute aliam terciam, canonici et advocatus residuam terciam partem equaliter  
 dividunt. verum quia multa sunt alia ecclesie jura, que sigillatim nimis esset longum  
 et difficile comprehendi, de hiis taliter est ordinatum, ut, si super quocunque jure  
 dubitatio fuerit exorta, sine contradictione qualibet capituli recipiatur probatio et,  
 quicquid per juramentum capitulum obtinebit, illud ei dictus E[gelolfus] de Mun-  
 dingen et quilibet ejus successor in pace et libere dimittet, salvo nichilominus  
 universo jure suo, quod semper hactenus obtinebat. et ne qua in posterum super  
 hoc facto emergat calumpnia, presentem paginam sigillis nostro et capituli majoris  
 ecclesie et ipsius E[gelolfi] de Mundingen de partium consensu fecimus confirmari.  
 affuerunt preterea testes, quorum hec sunt nomina: Heinricus de Osenstein <sup>b</sup> archi-  
 diaconus, prepositus de sancta Trinitate, plebanus de Munoltsheim, Heinricus  
 sacerdos de Sulzze <sup>c</sup> clerici; dominus Otto de Ohsenstein, Albertus Begero albus,  
 Hezzelo de Eggefridesheim, Cünradus Virnecorn laici et alii quam plures. actum  
 publice anno incarnati verbi 1233, indictione 6.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4226 or. mb. c. 3 sig. pend. mutilatis.*

*B 1 coll. ibid. G fasc. 4213 or. mb. c. 2 sig. pend. mutilatis. Abgefallen das Siegel Egelolfs von Mundingen.*

30

239. *Bischof Berthold von Straßburg fordert alle Angehörigen seiner Diocese zur Unterstützung der Straßburger Siechen unter Verheißung von Ablass auf. 1234 Mai Straßburg.*

B[ertholdus] dei gratia Argentinensis episcopus universis Christi fidelibus per Argentinensem diocesim constitutis salutem in domino. quoniam, ut ait apos-  
 tolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus,  
 sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus  
 prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum mul-  
 tiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes,

a) B 1 add. vite. b) B 1 Ohsenstein. c) B 1 Sulzce.